

L. P. P. D. O. M.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA
De

PERFECTIONE
VOLUNTATIS,

Quam

*Conscientie Ampliff. Facult. Philos. in
Regia Acad. Aboensi*

Sub MODERAMINE

Viri ampliffimi & Celeberrimi

Mag. NICOLAI
HASSELBOM,

Math Prof Ord.

h. t. Dec. spect.

ERICUS JOHANNES PALEEN,
Publice examinandam modeste sub-
mittit, die 5. Junii, Anni 1736.

Loco horisque consuetis

ABOÆ, Exc. Joh. Kiämpe, R. Ac. Typ.

L. P. P. D. O. M.

S:æ R:æ
Maximæ Fi-

Perillustri atque
DOMINO &

D^{NO.} S A-
A R E X

Regii Regniqve Dicasterii in
Præsidi Ex-

MÆCENATI

*A*Nxius diu trepidansque hæsit ao
tis excellentia splendenti Nomi-

M:tis
dei VIRO

Generosissimo
BARONI

MUELI

HJESM/

magno Ducatu Finlandiæ
cellentissimo.

SUMMO.

*nimus meus, num tanta Dignita-
ni levissimas has consecrare aud-
rem*

rem pagellas. Præterquam enim
quod temeritatis notam me incur-
surum verebar; negotia etiam in-
terpellare Tua Perillustri atque Ex-
cellentissime Domine intempestivum
dixi. Addidit v. animum hasitan-
ti gratiæ Tuæ totam septentrionem
perlustrantis fulgor, ut in devo-
tissime venerationis testimonium
ad limina Excellentie Tuæ exile hoc
ingenii specimen deponere sustine-
rem: supplici præcans voce, di-
gneris hoc qualecunque conamen
sereno suscipere vultu, meque gra-
tiæ Tuæ omnium ore celebratissi-
mæ aura favere. Mearum vi-
cissim erit partium, pro Tua, Me-
cenas Migne, Illustrissimæque fa-
milie perenni incolunitate ad De-
um O. M. ardentes fundere pre-

ces, omneque studium in illud cono-
ferre, usque ad anhelitum vite
ultimum, ne indignus reperiar

**ILLUSTRISSIMÆ EXCELLEN-
TIÆ TUÆ**

*Devotissimus & obsequentissimus
cliens*

E. J. PALEEN,

CONSPECTUS.

- Proœmium, viam ad institutum pandit.*
- §. I. *In notionem voluntatis inquirit, & voluntatem Puram ab impura distinguit.*
- §. II. *Formalem notionem perfectionis tradit.*
- §. III. *Quid sit imperfectio, & de origine ejus disquirat.*
- §. IV. *In quo consistat perfectio voluntatis indicat.*
- §. V. *Ex antecedaneis motivis, principioque sufficientis rationis, libertati nihil inimicum sequi ostendit.*
- §. VI. *Supra nominata criteria perfectionis etiam in voluntatem perfectissimam cadere debere, demonstrat.*
- §. VII. *Differentiam inter voluntatem finitam hominis & infinitam Dei, & perfectionem utriusque exponit.*



I. N. J.

PROOEMIUM.

Qui in semetipsum animi cogitationem, vertere voluerit, cognitionem non solum sui, verum etiam multarum rerum extra se positarum sibi inesse reperiet. Extra nos positas esse res dicimus, quando intelligimus eas a nobis esse distinctas. Certitudo hujus scientiæ, ipsa
A cum

cum corroboraretur dubitatione: tanto minus de nostra hesitare possumus existentia, quanto clarius pateat, absurdius nunquam propositum esse dogma, quam posse ens quoddam sibi sui, aliarumque extra se existentium rerum, consciuum esse; ipse actu quamvis non existat. Demonstratum luculenter a modernis præsertim philosophiæ statoribus est, enti composito sive materiali, utpote diversis, iisque sæpe contrariis, ex partibus conflato, variisque vicissitudinibus subiecto actum cogitandi tribui non posse: proinde igitur sole clarius patet, non corpus nostrum, sed a-

ni-

3
nimam esse, quæ in nobis
sui & aliarum rerum extra se
conscia est. Hujus vis etiam
si unica sit & simplex, quo
ad diversos tamen effectus, di-
versaque circa quæ versatur
objecta diversas sortitur deno-
minationes. Exemplo si col-
lustretur res omnem tollet an-
sam dubitandi. Ut enim
flammæ natura non est nisi
una hæc tamen propter di-
versos effectus varia sorti-
tur nomina, adeo ut quia
videmus ignem lucere, lucen-
di, quia calefacere, calefa-
ciendi, quia urit, urendi ei
tribuamus vim, & sic porro
ita quando in percipiendo a-
nimia versatur, *Intellectus*, quæ

4
do in appetendo, *Voluntas*
appellatur. Sunt hæc velut pri-
maria principalisque animæ
facultates, quæ rursus in ali-
as easque varias subdividun-
tur. Propositum nostrum in
præsenti cum non sit in facul-
tatem cognoscitivam ejusq; na-
turam inquirendi, hinc quo-
que eam transimus, & ad
voluntatis perfectionem paucis
delineandum properamus. Sin
v. L. B. omnia ad placitum
mentem non exsatiaverint Tu-
am, ea ipsa ut solito explices
favore oro atque obtestor.

§. I.

Voluntas, quæ ab intelle-
ctu minime essentialiter,
sed

sed tantum respectu objecto-
rum modoque differt operan-
di, ex distincta boni oritur re-
presentatione nihilque aliud est
quam *nisus anime ad obje-
ctum pro ratione boni tendens.*
Non movemur, quod, ex
sinitre intellecta voluntatis na-
tura, quidam ad malum hanc
etiam terri voluerint: nos e-
nim a vago termini significa-
tu abhorrentes, fixam tuemur
ejus inclinationem ad *bonum*
num solum: cum clare pate-
scat, omne quidquid appe-
tat, etiam si malum sit,
sub specie tamen hoc fieri
boni. Agnoscimus par-
tem & superiorem & interio-
rem in facultate hacce volen-
di

di; adeo ut, quæ a perceptione oriuntur confusa ad hanc, quæ v. a distincta ad illam referamus classem, coinciditque pars superior cum *voluntate pura*, inferior v. cum *appetitu sensitivo*. Placet priusquam ad hæc partes exactius peruestigandas, accedamus, quid sub conceptu confuso & distincto intelligamus, exponere. Testatur experientia cogitationes nostras pro diversa percipiendi ratione magnum in modum variare. Hinc si, quod percipimus, ab aliis perceptibilibus distinguere valemus, perceptio nostra *clara* est, sin v. percepta, ab aliis perceptibilibus *secernere*

7

in nostra non situm est potentia, conceptum involvit *obscurum*; quatenus enim in perceptione quid desideratur, ut res cognosci nequeat, eatenus eam percipimus obscure. Fuerunt hæc cognitiones quæ ex potentia aut impotentia objectum a ceteris perceptibilibus distinguendi ortum duxere. Raro v. cum non accidat, quod etiam quæ rei insunt a se invicem distinguere & alteri sigillatim enunciarè possimus, sic dum video arborem, truncum distinguo a ramis, hos a foliis, illa a gemmis, & sic porro, hinc quoque hæc perceptio vocatur *distincta*. Contra v. si *distinctio*

ctio

ctio hæc mihi est impossibilis, *confusa*. Sic sunt omnes colores, saporis, odores & alia similia perceptiones tantum *confusæ*. Est quidem in eo perceptio coloris, saporis & odoris clara, quod varios cer-
nam colores a se invicem distinctas, quod variæ sese offerant saporis ideæ, & quod odores in certas seperare possim classes; sed quia differentiam formalem enunciare nequeam, propterea confuso perceptionis nomine laborat. Rite atque sufficienter jam cum putemus a nobis confusum & distinctum expositum esse conceptum, & cum in antecedentibus quoque dixerimus, *vo-*
lunt-

lutatem puram ex hoc, appetitum v. sensitivum ex illo enasci; hinc quid sint & quatenus a se invicem differant quemvis intellecturum arbitramur.

§. II.

DANTUR in voluntate gradus, quatenus majoribus vel minoribus nitatur ratiociniis, datur & *Perfectio*. Notionem hujus cum Celeb. Wolfio in consensu varietatum si posuerimus omnium evitatos arbitramur censuram; hæc enim & rebus ipsis congrua est, nec a communi recedit usu loquendi. Demonstrat eleganter vastæ eruditionis vir Bülfingerus in Dilucidationibus

bus suis philosophicis §. 123.
 datam definitionem Deo quo-
 que competere. Summa enim
 inquit Dei perfectio hac est
 quod omnia in eo discernibilia,
 essentia, proprietates operationes-
 que ad intra & ad extra om-
 nes exquisitissime consentiant;
 Omnia enim sunt realissima de
 infinita essentia fecunditate tes-
 tantia, & ad infinitam bea-
 titatem & in se ipso acquies-
 sentiam præstandam, concurren-
 tia. Habes ita formulas gene-
 rales; habes commune resultans
 ex hisce omnibus mutuo ad se
 invicem relatis. Habes igitur
 in perfectione Divina consen-
 sum, habes autem ita ut posito
 eo ponatur, sublato tollatur per-
 fectione.

fectionis notio. Perspice porro naturam rerum physicarum mechanicarumque, & idem manebit perfectionis criterium. Sic structura oculi perfecta est, quando singula in eo, quæ ad delineationem imaginis claræ atque distinctæ faciunt, consentiunt. Et, quo exquisitius horas, minuta prima & secunda indicat horologium, eo perfectius est; omnes enim tunc rotarum motus, & indicum situs in designando tempore ejusque intervallis consentiunt. Nonne ulterius imago tum perfecta censetur, si omnes linearum ductus cum re consentiunt representata, sive similitudine

pro-

prototypi? Atque sic cum non solum dictum, verum etiam exemplis probatum sit a nobis, notionem perfectionis in consensu in varietate consistere; proinde ulterius observandum; consentum istum, ad finem justum, a natura praestitutum, Deoq; intentum, tendere debere. Sic valde falleretur, qui vi nostrae assertionis dataeque definitionis, statum hominis scelestissimi perfectum judicaret, quod vitae turpitudini actiones sint conformes. Ad finem enim justum obtinendum minime sunt consentientes. Nam quaerendo felicitatem in regulas cum externae tum internae felicitatis

vis apertissime impingit, qua-
 tenus & corporis conservatio-
 nem & animi destruat tranquil-
 litatem: ut sicco prætereamus
 pede statum præsentem cum fu-
 turo non convenire. Nec suf-
 ficit in judicanda perfectione
 solum ad rem ex parte ut at-
 tendatur, sed quoad totum,
 ut consideretur. Probamus al-
 sertum ex canone morali de ac-
 tione perfecte bona, quæ & for-
 maliter & materialiter talis esse
 debet. Longius vero, quam par
 est, hoc ipsum illi extendunt, qui
 propterea, quod in partibus
 Systematis cujusdam positi
 aliquæ dentur imperfectio-
 nes, totius exinde everte-
 re volunt perfectionem; ubi
 enim res est composita, effe-
 ctus.

Eiusque a finitis sunt produ-
cendi caussis: ibi fieri aliter
nequit, quin eo ipso, quo
pars altera augetur, altera rur-
sus minuatur.

§. III.

DUO inter se contraria cum
invicem opponuntur cla-
rius eorum dispalescit differen-
tia. Quapropter ut dilucidi-
or evadat nobis Perfectionis
cognitio, *Imperfectum* & pau-
cis attingamus. Quemadmo-
dum v. *Perfectum* consensus
est, ita *Imperfectum* rursus
dissensus in varietate. Voca-
tur & interdum malum; a
reique finita oritur natura
qua tali; nec quatenus defe-
ctus est causam habet effici-
en-

entem. Duo enim in re
 quavis occurrunt attenden-
 da alterum essentia ejus, al-
 terum modificationes a li-
 mitatione rei cujusvis pen-
 dentes. Sic præter illud,
 quod in rebus perdurans
 est, sive quod essentiam illo-
 rum constituit, reperiuntur
 etiam limites; & quatenus
 mens finita est & successive
 cogitat, eatenus & modifi-
 cationibus prædita est. Na-
 ciscuntur v. hæ limitationes
 suam simul cum rebus exi-
 stentiam, sed non per pecu-
 liarem aliquem actum & ope-
 rationem Dei. Facit quidem
 existere Deus quod in anima
 rebusque perdurans est; sed

modificationes five limitationes per se ex finita rerum, proveniunt natura. Omne enim extra Deum esse debet imperfectum.

§. IV.

Data igitur jam, cum Perfecti tum Imperfecti, notione sufficiente, ad voluntatis perfectionem evolvendam, qua in re consistat, & quibus nitatur fundamentis, nosmet accingimus. Diximus in antecedentibus, consensum in varietate generalem constituere Perfectionis essentiam. Idem & heic in speciali, ut observetur, magni interest. Hinc nulla datur voluntatis perfectio sine contentu representationis

tionis rei cum re ipsa, volitionis cum representatione motivorum, volitionis unius cum altera, & volitionis cum potentia. Sic contenture debet representatio boni cum objecto, h. e. non aliter objectum est representandum, quam secundum proprietatem ejus naturam, secus enim si feceris, & aliquid non vere bonum, sic tibi representaveris, omnem cum destruas consensum inter objectum & representationem tuam, non potest non inde voluntas enasci imperfecta. Ratio sufficiens, per quam actum volendi aut nolendi ingreditur voluntas, *Motivum* dicitur, ex ratio-

B

ne

ne v. sufficiente cum intelligamus, cur potius velimus quam non velimus, quatenus nihil sine illa fieri possit, hinc aperte sequitur sine antecedaneo motivo voluntatem non posse appetere. Jam v. si juxta motiva appetat, quatenus detur consensus inter volitionem & representationem motivorum, est perfecta. Ulterius, saepe quoque cum fiat, ut actionis poeniteat parricæ hominem, imperfectionem voluntatis antecedentem involvit; cum plura in actu secundo quam primo innotuerint: idcirco voluntatem perfectam nihil aliud appetere debere, quam quod in omnibus actibus

bus volendi amet probetque, clarissime patet. Ne moneam, quod, circa res, quæ actu præstari vel obtineri nequeant, si versetur, imperfectionem arguat.

§ V.

Periculosis consequentiis cui illud si videatur gravidum, quod §. antecedenti dixerimus voluntatem sine antecedentibus motivis, sive sufficienti ratione non appetere, eoque respectu asserat, quod non solum omnem ejus destruamus libertatem, verum, etiam fatalem rerum introducimus necessitatem: varia hæc responderi debent. Asseritur a nobis non, quod nec-

ces-

cessitent motiva animam, ad
 agendum, vel omittendum;
 sive clarius: non ideo agens
 est necessarium, quod juxta
 & secundum motiva in ani-
 ma presentia voluntas appetat
 & contra. Sic enim, cum,
 omne necessarium sit immuta-
 bile, quatenus oppositum e-
 jus involvit contradictionem,
 voluntas etiam ad objectum,
 pro motivo in illo reperto,
 tendens, esset plane immuta-
 bilis. Quis tamen curatior
 facile animadvertere possit ob-
 servator, quod, etiamsi ea-
 dem voluntatem in instantia
 permaneant motiva, nihil tamen
 impediat, quo minus eandem,
 respectu aliarum menti occur-
 ren-

rentium mutationisque satisfactientium rationum, mutare possimus. Accedit, quod, hypothesei contraria admissa, non solum omnis actio libera ratione destitueretur omni, verum etiam Deus, utpote ex rationibus sufficientissimis agens fato subiceretur inevitabili. Ne dicam, quod sic bruta animalia, menteque capti homines, qui actiones ad lancem rationis non expendunt, majori libertate gauderent, quam sana ratione præditi, imo ipse Deus. Anchoræ vero sacræ instar in momentosa hac questione est, ut rite teneamus, quid & quanti sit discriminis inter motiva intrinseca quibus care-

carere nequit libertas, & cogentia externa, quibus pertrahi voluntatem proprie non posse in confesso est.

§. VI.

Diximus generaliter in §. 4. omnis voluntatis perfectionem quadruplicem involvere consensum. Hic, voluntati Divinæ vi infinitæ suæ essentiæ quod competat, uberior demonstrare lubet. Observavimus antea omnem imperfectionem ex rerum limitatione oriri, atque consensum ex hoc fundo destrui (§ 3.) Qui v. essentiam Dei cognitam, primumque conceptum de eorite formatum habuerit, is, tanto facilius cum nullis limitibus

vibus circumscribi posse, ad-
 eoque nec ulla imperfectione
 laborare, sed maxima gaudere
 perfectione, reperiet, quanto
 exactius persuasum sibi habe-
 at, Deum ut ens necessarium
 essentialiter a se ipso existere,
 omnemque finitudinem ab il-
 lo exulare. Hinc quoniam vo-
 luntatem etiam possidet infini-
 tam, omne quoque amat bo-
 num, idque pro omni in re-
 bus comprehenso motivo, si-
 ve mensura bonitatis earum.
 Hoc qui infringere voluerit,
 ipsam destruit Dei essentiam,
 ipsumque reddit finitum. Ha-
 bes igitur heic summum con-
 sentum *representationis cum ob-*
jecto; habes *volitionis cum re-*
praes

presentatione motivorum. Per
 ipse porro unitatem constan-
 tiamque decretorum divino-
 rum, una cum omni potentia,
 & duo ista posteriora criteria
 voluntati ejus in se reperies.
 Unico namque actu quemad-
 modum Deus omnia intelligit;
 successiva enim progressio in-
 volvit imperfectionem: ita &
 unico actu vult omnia. Alio-
 quin foret particularitas, foret
 finitudo. Jam v. cum unico a-
 ctu omnia velit, nec *una vo-*
luntio alteri potest contrariari;
 nova enim causæ motiva, ab
 illo in priori non observata,
 actum aliquem secundum in-
 gredi nequeunt: nec propter

infinitam ejus potentiam, *volitio potentiae* adversari.

§. VII.

His rite observatis, quae in re, & quomodo voluntas humana a Divina differat patet. Quemadmodum enim illimitatum & perfectissimum, omnisque consensus capax ens est Deus: ita e contrario, anima humana cum suis facultatibus, est limitata, imperfecta, & sic porro. Provenit hinc, quod non solum in dijudicanda, verum & appetenda re aliqua, a iusta interdum discedamus via, illudque pro bono judicemus, quod in se ita non habeat, &

& contra. Fluit, inquam, ex hoc alveo, & quoniam modo successivo & particulari procedimus, quod alia causa merita, actu volitionis secundo, nobis innotescant, quam primo, & quod eorum respectu actionis patratae, sive facti, nos poeniteat. Originem hinc quoque ducit, quod plura velimus, quam quae praestare sufficientes vires nostrae. Sed manum de tabula. Exiguam & jejunam si cui jure videbuntur haec pagellae; consideret tamen morum justitiaeque ingentia pondera lapidibus his niti angularibus.

S. D. G.

Sit

Herr RESPONDENTEN,

W In Bror / skull' min före
måga si
Som wiljan är / ohindrad
rå /

Och såsom hon fullkomlig wara;
Jag skulle då Er wackra skrift
Med verter af en hög're drift /
Och hufwudt' Eri med Lager para.

Allt det hwad lyckan kallar godt
Jag skulle med ett skakat mått
Så mycket i Ert sköte föra /
Som mot den dygd / den flit
och trett /
Man hos Er alltid lysa sedt /
Skull' tack en sammanställning göra.

Men

Men som jag ser at viljan min
Är ofullkomlig ut och in
Ät detta allt i värket ställa;
Det hörer til en högre Iphær,
Och mäst af högden komma ner;
Så kan jag endast önskan fölla:

Allt det som önskligt välstånd
Gjör /
Allt hvad fullkomligt kallas bör /
I nåds / naturens. lyckans riken /
Det öke sig allt mer och mer
Ät gjöra rätt fullkomlig Er /
Fullkomligan rätt utan lfe!

Äf
och trogne Cousin
C. F. M.